SÆC. IX. ANNO 869. *Romanorum leges ad purgandum animum adhibuerunt, animæ autem cruciatus & in eam conspirationes nefando quidem, nisi nunc primum apud aliquos intelleximus usurpatas. Sed nos in præsenti eas experimur; satis enim patet quod hoc intendat librorum ablatio &c.* Inde concludimus hunc tractatum non esse compositum nisi post ann. 870. Tractatum *de voluntatibus Gnomicis* nimia cum subtilitate Græcorum more scriptum repecient lectores, nisi sint ipsi subtiliores. Hoc observavit *Stewartius* in Dissertatiuncula hic apposita.

X. Græca communicata a D. Caperonnier. X. Græca deerant, & nobis aderat una versio *Turriani*, qui sæpius erraverat, ut videbitur in notis viri docti: Illa mihi humanissime subministravit Doctor & Professor Regius Lutetiæ Parisiorum D. *Caperonnier*. Is, cum ab annis triginta & quod excurrit Linguæ Græcæ studio præsertim adhæserit, Codices MS. Bibliothecæ Regiæ, Colbertinæ & cæterarum quæ frequentissimæ Parisiis occurrunt, summa cum diligentia pervolvit, Græca quæ desiderabantur transmisit, lacunas replevit, variantes lectiones, emendationes & notas adjecit; Sic & utilitatem & decus horum tractatuum illi debeo; sed & hac ratione optime meretur de Republica Litteraria. Ipse est qui novam operum *Photii* editionem meditatur, eique invigilat, versionem integram adornat & delitescentes in Bibliothecis diversis novos hujus Patriarchæ Tractatus eruit; & revera in Cod. MS. Bibl. Cæsareæ n. LXIV. servatur ille: *περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τȣ͂ ἁγίȣ πνεύματος λόγος σύντομος, κεφαλαιώδης συγγραφεὶς καὶ ἀποσαλεὶς παρὰ τȣ͂ ἁγιωτάτȣ πατριάρχȣ Φωτίȣ: De processione Spiritus sancti à solo patre disputatio compendiaria capitulatim conscripta & ad quendam* (addit Lambec. ex latinis) *missa a sanctiss. Patriarcha Constant. Photio.* Principium est: *Τίς ὅλως* p. 117. ibi. *ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριςιανοῖς θελȣ́ντων ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια υἱȣ͂ μὲν καὶ πνεύματος τὸν πάτερα, τȣ͂ πνεύματος δε πάλιν υἱόν. Quis ferat aliquem ex Christianis volentibus duo inducere in Trinitate principia, Filii & Spiritus sancti patrem, & iterum filium Spiritus sancti.*

Habentur in eodem Codice excerpta Photii contra Ecclesiam antiquæ Romæ, quibus falso annititur demonstrare Spiritum procedere a solo Patre, non autem a filio: *ἐκ τῶν Φωτίȣ κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ρώμης ἐκκλησίαν* &c.

In eadem Bibliotheca habetur Codex MS. n. 117. quem latine sic descripsit Lambecius: *Photii Patriarchæ Constantinopolitani liber schismaticus de Episcopis & Metropolitis aliisque quæstionibus contra Romanos sive Latinos.* Fuit olim idem Codex in Bibliotheca Naudæana; sed miror quam bona fide agant Theologo-Critici; fides adhiberetur facillime verbis Lambecii, si græca nobis non propinasset; sed ipsum titulum nimis libere redditum, ne plura dicam, referre cogimur: hæc leguntur apud Lambecium Græca à latina interpretatione sua plane diversa:

*Φωτίȣ τȣ͂ ἁγιωτάτȣ καὶ οἰκȣμενικȣ͂ πατριάρχȣ συναγωγαὶ καὶ ἀποδεῖξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἐκ τε συνοδικῶν καὶ ἱςορικῶν γραφῶν περὶ ἐπισκόπων καὶ μετροπολιτῶν καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων ζητημάτων ἐρώτησις ἐν ποίοις φαίνονται πεπραχότες οἱ Ρωμαῖοι παραλόγως.* Ut de verbo ad verbum reddatur hic titulus sic haberi debet: „Sanctissimi „& Oecumenici Patriarchæ Photii Collectiones & Demonstrationes accurate „collectæ ex Synodicis Historicisque Scriptis, in quibus agitatur quæstio de „Episcopis & Metropolitis cæterisque necessariis quæstionibus, in quibus de„monstratur Romanos male egisse de titulorum discrimine. Judicet Lector!

PHO-

Sæc. IX. Anno 869

Ἀλλὰ γὰρ, * τοὺς λογισμοὺς ὅλους ἐκ τούτων διαστραφεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, τὴν παναγίαν παρθένον, τὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν, οὐδὲ ταύτην καλεῖν Θεοτόκον ἠνέχετο· ἀλλ' ὥσπερ τὸν υἱὸν ἀπεστέρει τῆς θεότητος, οὕτως ἠλλοτρίου καὶ τὴν γεννησαμένην τῆς Θεοτόκου κλήσεως.

* ἴσ. ὡς καὶ.

ιβ'. Δι' ὃ τοῦτον, ἀξίως τῆς τηλικαύτης ἀπονοίας καὶ τῆς βλασφήμου γλώσσης, τῶν μακαρίων πατρῶν ὁ σύλλογος πάσης τε ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, καὶ σὺν τῷ οἰκείῳ καὶ βδελυρωτάτῳ φρονήματι τῷ αἰωνίῳ παρέπεμψαν ἀναθέματι. τὸν δὲ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει πατροπαραδότως καὶ ὁσιοπρεπῶς προσκυνεῖσθαι καὶ κηρύττεσθαι δογματίσαντες, ἀκολούθως καὶ τὴν πανάχραντον αὐτοῦ καὶ ἀειπάρθενον μητέρα κυρίως καὶ ἀληθῶς καλεῖσθαι καὶ ἀνευφημεῖσθαι Θεοτόκον παραδεδώκασιν. οἷς γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον, σαρκὶ γεννηθῆναι καταδεξάμενον, τέτοκεν, Θεοτόκος ἐνδίκως δοξολογεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι ἐξουσίωται. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μὲν καὶ αὕτη τὸ τέλος ἔσχηκεν, ἡνίκα τὸν νέον Θεοδόσιον ἡ Ῥωμαϊκὴ πολιτεία γαληνοῖς ἑώρα ὀφθαλμοῖς τὴν πατρῴαν καὶ βασίλειον ἀρχὴν ἐκ τριγονίας διανύοντα.

ιγ'. Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύνοδος, τὸν ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβέστατον Μαρκιανὸν συμπαρόντα καὶ συμπνέοντα ἔχουσα, τῶν ἀληθινῶν μὲν δογμάτων (n) ἀκροατήριον ἀνιέρου τὴν Χαλκηδόνα, πόλιν Βιθυνίας οὖσαν ἐπίσημον. ἐν τριάκοντα δὲ καὶ ἑξακοσίοις τὸν ἀριθμὸν ἐξετείνετο. ἧς λογάδες ἐχρημάτιζον Ἀνατόλιός τε ὁ τῆς βασιλίδος πόλεως τοὺς ἱεραρχικοὺς (o) θεσμοὺς * ἐγκεχειρισμένος· καὶ δὴ Πασχασῖνός τε καὶ Λουκήνσιος, ἐπισκοπικῷ διαπρέποντες ἀξιώματι, σὺν Βονιφατίῳ πρεσβυτέρῳ, τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου παπᾶ Ῥώμης. οὗ κλέος μέγα, καὶ πολὺς ὁ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ζῆλος. μεθ' ὧν Μάξιμός τε ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος. Οἵτινες Εὐτυχῆ τε τὸν δυστυχῆ καὶ τὸν προασπιστὴν αὐτοῦ τὸν ἀλαζόνα Διόσκορον δυσσεβημάτων εἰς πράξεις ἀπῄτησαν. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, τὴν ἐκ διαμέτρου Νεστορίῳ πλάνην οἰκειωσάμενοι, εἰς τὴν ὁμοίαν ἐκείνῳ ἐξέπεσον ἀθλιότητα. Τὸν γὰρ ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον, καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶ προσκυνούμενον φύσεσιν, εἰς μίαν φύσιν τολμηρῶς καὶ ἀφρό-

* Leg. ἐγκεχειρισμένος.

gando. Sed & ulterius, quasi ratio ipsi penitus fuisset expectorata a perversis hisce opinionibus suis, pati noluit matrem ejus secundum carnem, sanctissimam nempe Virginem, quæ veraciter quidem at peculiari suo modo Deum verbum incarnatum pepererat, Deiparam nominari: Sed uti Filium privarat Deitate, ita parentem ejus a titulo Deiparæ alienam fecit.

Synodus Quinta.

Quocirca hunc, prout meritus fuerat per hanc suam insaniam & linguam blasphemam, facer hic beatorum Patrum consessus omni sacerdotio denudavit, &, una cum ipsius propria & detestanda sententia, sempiterno subjecit anathemati. Dominum vero nostrum Jesum Christum, in una & eadem Hypostasi, more veteri & a Patrum traditione accepto, prædicandum & adorandum decrevere: Nec non, prout consequens erat, immaculatam & semper virginem ejus matrem proprie & vere nominandam & prædicandam Deiparam prodidere. Eo enim ipso quod Deum verbum, in carne dignatum nasci, peperit, Deiparam nec injuria & dici & coli & par & sanctum est. Atque hisce ita determinatis finem suscepit & ista Synodus, quo tempore Theodosium juniorem Romana Respublica oculis serenis intuebatur, regnum a patre acceptum suo, tertio jam ordine generis, gubernantem.

Sancta & Oecumenica quarta Synodus religiosissimum Principem Marcianum præsentem vidit & conspirantem, quæ veritatis dogmatum auditorium Chalcedonem Bithyniæ urbem celebrem consecravit. Ad sexcentos & triginta numerus pertingebat convenarum. Quorum præcipui dicebantur Anatolius, qui in sacerdotale Regiæ urbis solium fuerat inunctus: Paschasinus quoque & Lucentius Episcopali dignitate fulgentes, una cum presbytero Bonifacio, locum Leonis sanctissimi Papæ Romani obtinebant, cujus Leonis ingens gloria & multus pro pietate zelus. Aderant præterea Maximus Antiochiæ, & Juvenalius Hierosolymorum. Isti Eutychen infelicem & insolentissimum illum ipsius protectorem Dioscorum rationes reddere de impietate coëgerunt. E diametro isti contrarium Nestorio errorem sibi appropriaverant; unde in parem cum illo impietatem proruerant. Unicum enim Dominum nostrum Jesum Christum a Divina natura agnitum & humana, atque in utraque natura adoratum, summam per audaciam & stultitiam in unam naturam commiscentes, confuderunt.

(n) Ἀκροατήριον.] Ita prius vocavit, ob eandem causam, Constantinopolin φροντιστήριον, propter loci celebritatem, à viris eruditione celebribus celebratam.

(o) Θεσμοὺς ἐγκεχειρισμένους.] Annotarat doctissimus D. Lindsell, ὁ μακαρίτης, legendum sibi videri ἐγκεχειρισμένος, apposite quidem, & magis ex usu Linguæ. Sed Photius solet interdum καινοτομεῖν & καινοφωνεῖν. quocirca codicis scripturam admitto, ut sit ἐγκεχειρισμένος, innectens. Ad finem sectionis forte legendum & distinguendum, σαφῶς τι καὶ ἀναντιῤῥήτως λέγω, &c.

Sæc. IX. Anno 869.

runt. Nec miseri ut erant intelligebant, quod per hanc irritam rationem illum alienigenam, a Paterna substantia diversum, nec non differenti ab hominibus natura constantem, definirent. Nam si unica tantummodo sit natura Christi, vel Divina prorsus ea fuerit, vel humana. Quod si mere Divina sit, ubi tunc humana? quod si tantum humana, fieri non potest quin negetur Divina. Quod si quid diversum ab utraque natura fuerit (nam hoc in hac causa unicum iis relinquitur, & eo videntur propendere) quomodo non erit apud ipsos Christus alterius cujusdam & diversæ naturæ cum a suo Patre tum a nobis? quo quid magis impium aut delirum magis fingi potest? asserere nimirum Verbum Dei, Deum, hominem factum in eum finem, ut cum Divinitas destrueretur propria, etiam assumta humanitas in nihilum redigeretur. Hoc enim ita plane consequetur, si quis tueri ausus fuerit Christum non alterius istarum, sed præter istas alius naturæ participasse.

Quocirca dignum sua impietate supplicium subiere, qui dogmatum istorum, per quæ Christo bellum indicitur, autores fuerant, sacerdotio nempe dejecti, & per omnes ecclesias anathemati subjecti, cum quibus & ipsa hæresis expellebatur. Recta autem & orthodoxa sententia, nullis vulneribus confossa, majorem in modum testimoniis & è Scriptura & è Patribus deductis confirmatur, præconiis celeberrima clarescebat. Unum enim Christum, id est, unicam ejus hypostasin, naturam vero duplicem, Divinam nempe & humanam, inconfusim & indivisim consideratam, per beatissimos hosce sacerdotes & theologos, in mundum universum & mundi extremos terminos, confessione & prædicatione agnoscendam, clarè, perspicuè & sine hæsitatione propagabant. Hinc quoque liquet, quòd cum claudis gressus confirmarentur, & cæcis cæcitas in efflorescentiam oculorum succresceret, cùm mortui ab inferni portis retraherentur, & in vitam denuo transmitterentur, nec non cùm & aliæ divinæ virtutes, quæ non est facilè enumerare, perpetrarentur, & in conspectu omnium propalarentur, Divinæ naturæ dignitas & eminentia evidenter demonstrabatur. Rursus per id, quod defatigationem, laborem, sitim, famem sustinuerit & paupertatem, atque his similia & congenita, proprietas humanæ substantiæ manifestabatur. Quædam istorum ut Deo dignum erat, alia pro conditionis humanæ modo, idem & unus Christus, verus Deus noster, cùm operaretur & perficeret, certè unam & unitate consistentem hypostasin suam, duas autem & diversas naturas in unione illa inconfusa, perspicuè clara nec ullo pacto contradicenda ratione tum exhibuit tum confirmavit. Atque hactenus de quarta Synodo.

νας ἀνεκίρναν καὶ συνέχεον. ἐξ ὧν, τῆς τε πατρικῆς οὐσίας ἑτερόφυλον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἑτερόφυλον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἑτεροφυᾶ, οὐ συνίεσαν οἱ δείλαιοι συμπεραίνοντες. Εἰ γὰρ μία ἡ τοῦ Χριστοῦ φύσις, ἡ θεία πάντως ἢ ἀνθρωπίνη ἐστί. ἀλλ' εἰ μὲν μόνη θεία, ποῦ τὸ ἀνθρώπινον; εἰ δὲ ἀνθρωπίνη*, πῶς οὐκ ἐξαρνοῖ τῆς θεότητος; εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν νεύει τὸ φρόνημα) πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς αὐτοῖς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἡμῶν ἀναπλασθήσεται; οὗ τί ἂν δυσσεβέστερον ἢ ἀφρονέστερον; ἄνθρωπον γενέσθαι φάσκειν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ Θεὸν, ἐπί τε φθορᾷ τῆς ἰδίας θεότητος, καὶ ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος; τοῦτο γὰρ ἕπεται πάντως τοῖς μηδετέρας φύσεως, ἀλλ' ἑτέρας παρὰ ταύτας, τὸν Χριστὸν εἰπεῖν τολμήσασι.

*ἴσ. …

ιδ. Διὸ καὶ τῆς τοσαύτης δυσσεβείας οἱ τῶν χριστομάχων τούτων δογμάτων εἰσηγηταὶ, ἀξίαν τὴν δίκην δεδωκότες, ἀφῃρέθησάν τε τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν ἀνάθεμα· συναπελαθείσης αὐτοῖς καὶ τῆς χριστομάχου αἱρέσεως. τὸ δὲ ὀρθὸν καὶ ἀπαράτρωτον τῆς ὀρθοδοξίας φρόνημα ἔτι μᾶλλον ταῖς γραφικαῖς τε καὶ πατρικαῖς μαρτυρίαις ἀνεκηρύχθη καὶ διέλαμψεν· Ἕνα τὸν Χριστὸν, ἤτοι μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ δύο τὰς φύσεις, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐνθεωρουμένας, τῶν τρισμακαρίστων ἀρχιερέων περιφανῶς θεολογησάντων, καὶ παραδεδωκότων ἀδιστάκτως ὁμολογεῖν καὶ κηρύσσειν εἰς πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. Δῆλον δὲ κἀντεῦθεν, ὡς δι' ὧν μὲν χωλοῖς αἱ βάσεις ὠρθοῦντο, καὶ τυφλοῖς τὸ πάθος εἰς ὀμμάτων βλάστην ὑπεφύετο, νεκροί τε τῶν πυλῶν ἀνεσπῶντο τοῦ ᾅδου, καὶ πρὸς τὸ ζῆν μετετάττοντο, αἵ τε ἄλλαι θεοσημεῖαι, ἃς οὐ ῥᾴδιον ἀριθμεῖν, ἐπετελοῦντο καὶ ἐπεδείκνυντο, τῆς θείας φύσεως ἐναργῶς παρεδηλοῦτο τὸ ἀξίωμα. δι' ὧν δὲ κόπους καὶ πόνους, καὶ δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ πενίαν, καὶ τὰ τούτοις ὑφίστατο συγγενῆ καὶ παραπλήσια, τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἐτεράτο τὸ ἰδίωμα. ὧν τὰ μὲν θεοπρεπῶς, τὰ δὲ ἀνθρωποπρεπῶς, ὁ αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ἐπιτελέσας καὶ διαπραξάμενος, μίαν μὲν αὐτοῦ καὶ ἑνιαίαν τὴν ὑπόστασιν, δύο δὲ καὶ διαφερούσας τὰς φύσεις, ἐν ἀσυγχύτῳ ἑνώσει, σαφῶς τε καὶ ἀναντιρρήτῳ λόγῳ παρέστησε καὶ ἐπιστώσατο. Ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τετάρτης συνόδου.

Sæc. IX. Anno 869.

ii.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πέμπτη σύνοδος, τέμενος μὲν ἱερὸν (p) αὐτῇ ἡ Κωνσταντίνου μεγαλόπολις ἀφιέρωτο. πέντε δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν θεοφόρων πατέρων παρουσίᾳ καὶ συνδρομῇ ἐκρατύνετο. ὧν ἡγοῦντο καὶ προέλαμπον, Μηνᾶς μὲν τὴν ἀρχὴν, εἶτα δὲ καὶ Εὐτύχιος, τῆς αὐτῆς βασιλίδος, ἐκ διαδοχῆς, τοὺς ἀρχιερατικοὺς πηδαλιουχήσαντες οἴακας· καὶ (q) Βιγίλιος ὁ τῆς Ῥώμης τὴν ἱερὰν λαχὼν ἐφορείαν, παρὼν μὲν τῇ πόλει, οὐ παρὼν δὲ τῇ συνόδῳ· ὃς εἰ καὶ μὴ πρόθυμος εἰς τὴν συνδρομὴν τῆς ἱερᾶς ὁμηγύρεως κατέστη, ἀλλ᾽ οὐδὲν ἔλαττον ὅμως τὴν κοινὴν τῶν πατέρων πίστιν ἐπεκύρου λιβέλλῳ. Σὺν οἷς Ἀπολινάριός τε ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ Δόμνος ὁ Ἀντιοχείας, τῷ ἀρχιερατικῷ ἀξιώματι κεκοσμημένοι. καὶ δὴ καὶ Δίδυμος καὶ Εὐάγριος, Εὐστοχίου τοῦ Ἱεροσολύμων ἀρχιερέως τὸν τόπον ἀναπληροῦντες. τηνικαῦτα δὲ καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ κράτιστος ἐν βασιλεῦσι, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς τὰς φροντίδας ἐχείριζεν, καὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ συνεφώνει φρονήματι. Αὕτη τοιγαροῦν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος Νεστορίου πάλιν τὰ μιαρὰ παραφυόμενα δόγματα εἰς τὸ παντελὲς ἐξεθέρισεν, ἅμα αὐτῷ ἐκείνων τῷ σπορεῖ τῶν ζιζανίων· Μεθ᾽ ὃν, Θεόδωρον καὶ Διόδωρον· ὧν ὁ μὲν Ταρσοῦ πόλεως, ὁ δὲ Μοψουεστίας ἐπεσκόπησεν. Οἱ, Νεστορίου πρότερον, τὴν τοιαύτην ὠδίνοντες αἵρεσιν, καὶ ἔγγραφον ἀπολελοίπασι, τῆς νόθου διανοίας τὰ νόθα καὶ ἔκφυλα κυήματα. Ἔτι δὲ κατεδίκασε καὶ ἀνεθεμάτισεν Ὠριγένην, Δίδυμον, Εὐάγριον, παλαιὰ τῶν πιστῶν ἀρρωστήματα, ἄνδρας τὴν Ἑλληνικὴν μυθολογίαν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ παρεισενεγκεῖν φιλονεικήσαντας. Προϋπάρχειν τε γὰρ οὗτοι τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων ἐληρώδουν, καὶ πολλὰ σώματα τὴν αὐτὴν μετενδύεσθαι· δόγμα μιαρὸν καὶ κατάπτυστον, καὶ μόνων, ὡς ἀληθῶς, ἐκείνων τῶν ψυχῶν ἄξιον. Καὶ τέλος δὲ τῆς ἀτελευτήτου κολάσεως ἐψηφίζοντο. ἄλλη, τοῦτο, παράκλησις πρὸς ἁμαρτίαν πᾶσαν καὶ ἀπώλειαν. Καὶ τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα ἐχαρίζοντο, ἐπαναδραμεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν ἄνωθεν δόξαν ἐξ ἧς ἐξέπεσον, ἀναπλάττοντες. Ἔτι δὲ, οὐδὲ τὰ σώματα ταῖς ψυχαῖς ἐβούλοντο συνανίστασθαι· γυμνὰς δὲ αὐτὰς σωμάτων ἀνιστῶσιν· οὐκ οἶδ᾽ ὅ, τι καὶ καλοῦντες ἀνάστασιν, εἴπερ τοῦ πεπτωκότος καὶ θανόντος ἡ ἀνάστασις,

Sancta Universalis quinta Synodus sequitur. Cui conveniendæ sacrabatur, tanquam septum sacrum, magna Constantini civitas. Obtinuit autem vim & confirmabatur per præsentiam & concursum quinque sexaginta centum Episcoporum. Horum duces & tanquam lumina fuerunt, Mennas quidem ab initio, tum Eutychius successor, qui clavum Regiæ istius & Archiepiscopalis sedis moderabantur. Vigilius aderat (qui & ipse Romam susceperat procurandam) apud urbem quidem, Synodo tamen non interfuit, eò quod nolebat sponte se ad illum aggregare conventum. Ille autem nihilominus, quod minime volebat sacri illius consessus sodalitio interesse, fidem communi Patrum suffragio editam, libello suo dato, confirmavit. Domnus dignitate Antiochenæ Ecclesiæ Archiepiscopali præditi. Aderant Didymus & Evagrius, locum tenentes Eustochii Hierosolymitani Archiepiscopi. Per id temporis Justinianus maximus Imperator, Romani principatus curam manibus gubernabat, & cum ecclesiasticis dogmatibus conspirabat. Hæc itaque sancta & universalis Synodus impura Nestorii dogmata repullulascentia penitus iterum demessuit, una cum zizaniorum ipso seminatore: Et post eum, Theodorum atque Diodorum: quorum iste Tarsi civitatis, ille autem Mopsuestiæ Episcopus erat. Isti enim Nestorio priores illam ipsam hæresim parturiebant, & post se defunctos, scriptis traditos reliquere spuriæ sententiæ spurios partus. Condemnavit insuper & anathemate feriit Originem, Didymum, Evagrium, ab antiquis temporibus in fide languidos, quippe qui in Ecclesiam Dei subintroducere Paganorum fabulas tentaverant. Delirabant enim, Animas ante corpora præexstitisse, nec non, Unam & eandem animam multa corpora subingredi. Impium dogma & conspuendum, nullis dignum præter ipsos fautoribus. Finem quoque & terminum supplicii interminabilis constituebant: quæ est maxima omnium ad peccandum illecebra & præcipitium in ruinam ducens. Sed & impiis dæmonibus suum antiquum locum & dignitatem largiebantur: nam regressum illis ad cœlestem gloriam patefactum iri docebant, unde olim exciderant. Sed nec corpora cum suis animabus conjuncta resurrectura fingebant, sed nudas animas sine corporibus. Nescio quam rem interea comminiscentes resurrectionem, siquidem Resurrectio illius est quod con-

Sæc. IX. Anno 869.

Quinta Synodus.

(p) Legendum αὐτῇ, non αὐτή.] Est autem τέμενος, quod ait Hesychius, πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος τινὶ εἰς τιμήν. Idem quod Latinis *Templum*, locus non solum sanctus sed & sacer, ut sepulcrum. Recentiores Græci sic Ecclesiam nominant, sed nunquam vetustiores.

(q) Βιγίλιος ὁ Ῥώμης.] Vigilius Papa Constantinopolin adiit, vocante Justiniano, & Synodo interfuit. Sed cum Acta non probaret, secessit Chalcedonem, sed ab Imperatore Hæretico & imperioso exagitatus, atque in exilium missus, tandem elanguit & subscripsit. Statim lego non ἐκείνων, sed ἐκείνων, hoc est, ζιζανίων, pro λοιπῶν, reposuit Dominus Herefordensis λοιπῶν, quod rectum est.

Sæc. IX. Anno 869.

am & blasphemam sententiam omni modo præferunt, anathemate æterno condemnantur. Duas porrò voluntates, duas operationes in uno Christo Deo nostro, dum sanctus divinorum Patrum cœtus statuit, ubivis terrarum positis Ecclesiis orthodoxam confessionem & prædicationem duarum cùm voluntatum tum operationum tradidere. Erat autem eo tempore Constantinus Heraclii proles cum regia majorum sorte constitutus: qui & suam alias operam Synodo contulit, & orthodoxam Ecclesiæ sententiam tuebatur. Atque ita sexta Synodus fuit.

Septima Synodus. Sancta universalis septima Synodus Metropolin Bithyniæ Nicæam, olim illud tribunal sanorum dogmatum, & nunc demum pietati judicandæ destinavit. Implebatur porrò Synodus numero ter centum sexaginta septem virorum, quorum primi fuerant ductores, & sacrosanctæ ac numerosæ phalangis principes, Tarasius, inter Dei sacerdotes illustris, divinus planè & optimus omnimodo vir, dignus certè (si quis alius) qui Regiæ urbis clavum gubernaret: Petrus deinceps Archipresbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ piissimus: & Petrus quoque alter aderat ipse quoque Presbyter, qui Monasterii, quod ibi est, sancti Sabbæ Præfectus vel Archimandrita fuit. Isti sortiebantur locum cathedræ Apostolicæ, cui tum dignissimè præerat Adrianus, Archipræsul. Aderant unà cum istis Johannes & Thomas, viri celebres in professione Monachatus, & honore fulgentes sacerdotali, qui quidem locum tenebant universæ orientalis, Apostolicæ, & magnæ diœcesis, & Archiepiscoporum ejusdem dignitatem habebant, Apolinarii nempe, Theodoreti & Heliæ: quorum primus Alexandriæ, secundus Antiochiæ, tertius Hierosolymorum Ecclesias prudenter, & ut sacerdotes decebat, gubernabant. Eo tempore Constantinus & Irene, Orthodoxiæ corona redimiti, Romani Imperii purpurâ vestiebantur. Ista porrò sancta & magna Synodus barbaram quandam hæresin, tunc nuper ab impiis & profanis hominibus introductam, communi suo & Divinitus gubernato suffragio condemnabat, ejusdemque autores & propugnatores iisdem sententiis damnatos subjecerunt. Miseri autem isti Christum Deum verum ore non ausi vel confessione suâ blasphemare, operibus tamen suis quoque modo contumeliis afferunt, & licentiosè blasphe-

ἀλλ' οὕτοι μὲν τῆς αὐτῶν καὶ δυσφήμου δόξης οὐδὲν προτιμήσαντες, σὺν αὐτῇ ἐκείνῃ, τῷ αἰωνίῳ κατεδικάσθησαν ἀναθέματι. Δύο δὲ θελήσεις φυσικὰς καὶ δύο ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῶν θεοφόρων πατέρων ἱερολογήσας ὁ σύλλογος, ταῖς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαις τὸ διπλοῦν ὁμολογεῖν καὶ κηρύσσειν, ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω καὶ τῶν ἐνεργειῶν καὶ θελήσεων, ὀρθοδόξως παραδεδώκασι. Κωνσταντῖνος δὲ τηνικαῦτα, ὁ ἀπόγονος Ἡρακλείου, τὸν προγονικὸν τῆς βασιλείας κλῆρον ἐχρημάτιζεν ἀναδεδειγμένος. τά τε ἄλλα συμπράττων τῇ συνόδῳ, καὶ τὸ ὀρθὸν τῆς ἐκκλησίας φρόνημα πρεσβεύων. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν καὶ ἡ ἕκτη.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος, Νικαίαν μὲν, τῆς Βιθυνῶν μητρόπολιν οὖσαν, καὶ τῶν ὀρθῶν δογματικὸν δικαστήριον πάλαι γεγονεῖαν, καὶ (ι) αὐτὴ τῆς εὐσεβείας κριτήριον ἔδειξεν· ἑπτὰ μὲν καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἱερῶν ἀνδρῶν τῷ πλήθει πλατυνομένη· ταξιάρχους δὲ καὶ πρωτοστάτας τῆς ἱερᾶς αὐτῶν καὶ μεγάλης φάλαγγος προβαλλομένη, Ταράσιόν τε τὸν ἐν ἀρχιερεῦσι Θεοῦ περιβόητον (θεῖος οὗτος καὶ πανάριστος ἀνὴρ, καὶ τῆς βασιλίδος πόλεως τοὺς ἱεραρχικοὺς οἴακας, εἴπερ τις ἄλλος, περιάγειν ἄξιος) καὶ δὴ καὶ Πέτρον τὸν εὐλαβέστατον, πρωτοπρεσβύτερον τῆς κατὰ Ῥώμην ἁγίας ἐκκλησίας. καὶ Πέτρον ἄλλον, πρεσβύτερον καὶ αὐτὸν, καὶ τῆς ἐκεῖσε μονῆς ἡγούμενον τοῦ ἁγίου Σάββα· οἱ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας διεκληροῦντο τὸν τόπον, Ἀδριανοῦ τότε τὸ ἀρχιερατικὸν κοσμοῦντος ἀξίωμα. ἅμα δὲ τούτοις, Ἰωάννην καὶ Θωμᾶν, ἄνδρας μοναδικῇ πολιτείᾳ περιωνύμους, καὶ ἱερατικῇ τιμῇ διαλάμποντας, καὶ τῆς ἀνατολικῆς ἁπάσης διοικήσεως τῶν ἀποστολικῶν καὶ μεγάλων θρόνων τοποτηρητὰς, καὶ τὸ τῶν ἀρχιερέων προνόμιον ἔχοντας. λέγω δὴ Ἀπολιναρίου τε, καὶ Θεοδωρήτου, καὶ Ἡλία· ὧν ὁ μὲν Ἀλεξανδρείας, ὁ δὲ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ λοιπὸς δὲ Ἱεροσολύμων, ἱεροπρεπῶς τε καὶ πανσόφως προειστήκεισαν. Τότε Κωνσταντῖνος καὶ Εἰρήνη, Ὀρθοδοξίας στεφάνῳ κοσμούμενοι, [καὶ] τὴν αὐτοκράτορα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς πορφυρίδα ἐστολίζετο. Αὕτη τοιγαροῦν ἡ ἱερὰ καὶ μεγάλη σύνοδος ἀρτιφανῆ τε καὶ βάρβαρον αἵρεσιν, ὑπὸ δυσσεβῶν τε καὶ ἀνιερῶν ἀνδρῶν παρεισαχθεῖσαν, θεοκρίτῳ καὶ κοινῷ ψηφίσματι κατεδίκασε, καὶ τοὺς εἰσηγητὰς καὶ προμάχους αὐτῆς τῷ αὐτῷ συνυποβάλλουσα κρίματι. Οὗτοι γὰρ οἱ δείλαιοι Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν βλασφημεῖν οὐχ ὁμολογοῦντες τοῖς ῥήμασι, διὰ τῶν ἔργων πᾶσαν ἐπενόουν ὕβριν ιη'.

(ι) Ἀυτή.] Nempe *Synodus*. Sed malim, αὕτη *hac ipsa Synodus*; nisi forsan utraque lectione melior αὖθις, id est, *secundâ vice*. Ibid. legendum in plurali, ἐστολίζοντο. Nam Irene regnabat cum Filio.

SÆC. IX. ANNO 869.

γὰρ ἐπὶ τῶν κάλλει διαφερόντων σωμάτων καὶ μικρά τις ἐπιγινομένη κηλὶς θᾶττον συνορᾶται καὶ πεφώραται τῇ παραθέσει τῆς λοιπῆς ἐν τῷ σώματι ὡραιότητος, τοῖς δ' αἰσχροῖς τὴν ὄψιν οὐκ ἂν ἐξελεγχθείη ῥᾳδίως τὰ τῆς ἀσχημοσύνης πάθη ἐπισυνιστάμενα· ὑπολανθάνει γὰρ τῆς ἀμορφίας τῷ συγγενεῖ καὶ τῇ ὁμοιότητι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν ὡραιοτάτης ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερλάμπρου θρησκείας καὶ πίστεως, κἂν τὸ βραχύτατόν τις αὐτῆς παρατρέψῃ, μεγάλην ἀσχημοσύνην ἐργάζεται· τὰ δ' ἄλλα τῶν ἐθνῶν δόγματα, πολλῆς ἀκοσμίας καὶ ἀσχημοσύνης γέμοντα, οὐδεμίαν ἔχειν τοῖς οἰκείοις ἐρασταῖς συναίσθησιν δίδωσι τῆς ἐπιγιγνομένης αἰσχρότητος. Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πασῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν τὸ αὐτὸ κατιδεῖν ἐστιν. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἀκριβεστάταις καὶ τὸ βραχύτατον τῶν ἁμαρτημάτων ῥᾷστα κατάφωρον γίνεται· ἐν δὲ ταῖς τυχούσαις πολλὰ παρορᾶται, καὶ οὐδ' εἰς ἁμάρτημα κρίνεται. Εἰ βούλει δέ, καὶ ἐν μὲν τοῖς ἄρχουσι, καὶ τῶν ἄλλων τῇ ἐξουσίᾳ προέχουσι, μάλιστα δὲ οἷς κατὰ πλειόνων τὸ κράτος, καὶ τὸ μικρὸν τῶν πταισμάτων εἰς μέγεθος αἴρεται, καὶ πᾶσι γίνεται περιβόητον· ἐν δὲ τοῖς ἀρχομένοις καὶ ταπεινοτέροις πολλὰ τῶν παραπλησίως διαμαρτηθέντων οὐδ' ὅτι ἐπράχθη συνεγνώσθησαν, ἀλλ' ἐναπεκρύβη καὶ ἔλαθε, τῇ σμικρότητι καὶ εὐτελείᾳ συναποσβεσθέντα τοῦ ἁμαρτήσαντος.

enim in corpore pulchro vel minima labecula aut macula quæ adhæserit, cerni potest & citius animadverti, eò quod a reliqua discrepet pulchritudine, si ad eam componatur: ast in deformibus & visu turpibus, quæ turpicula sunt, non tam citò & facile deprehenduntur; nam per deformitatis similitudinem & congenerem formam latent: Ita quoque & in Christianæ religionis & fidei splendore ac pulchritudine accidit: si quis vel tantillum in illa immutatum perverterit, magnam operatur deformitatem, quæ ipsa & statim deprehenditur; cum cæterarum gentium doctrina, utpote dedecore multiplici referta & turpitudine, nullum planè sensum ipsius sequacibus admissæ turpitudinis vel notitiam suggerat. Quod ipsum eodem modo animadvertere licet in cæteris omnibus, etiam artibus & scientiis: Nam in iis quæ constant exactissimè vel minima aberratio facilè discernitur; cum in vulgaribus multa negligantur, & nec in errorum censu reputentur. Ita se res quoque habet & in principibus, & in dignitatis gradu super alios constitutis, eoque magis quo pluribus imperitaverint: Illi enim si vel leviter cespitaverint, exaggeratur, & magnum flagitium admisisse omnium judicio denotantur: cùm tamen subditi & inferioris ordinis, si multoties similia planè admiserint, nulla notitia notantur, neque id egisse animadvertuntur, sed quicquid fecerint, una cum parvitate & contemtu admittentis, & ipsum celatum atque occultatum penitus evanescit.

κγʹ. Ὅσον οὖν μεγέθει, καὶ κράτει, καὶ κάλλει, καὶ ἀκριβείᾳ, καὶ καθαρότητι, καὶ τῇ ἄλλῃ πάσῃ τελειότητι, τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι δοξασμάτων ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις καὶ λατρεία ὑπερανέστηκε καὶ ἐξῄρηται, τοσοῦτον ὅ, τε πονηρὸς εἰς τὸν κατ' αὐτῆς ἀνερεθίζεται πόλεμον· καὶ τοσοῦτον πάλιν τὰ ἐξ ἀφρόνων καὶ κακοβούλων ἀνδρῶν ἁμαρτήματα ἐκ τοῦ εὐθέος καταφαίνεται, μηδ' ἐπὶ βραχὺ χώραν τοῦ λαθεῖν ἔχοντα, μηδέ τινα παρείσδυσιν ἐφευρίσκοντα. Ἀλλ' ὅμως ἡ τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία (ὡς καὶ φθάσαντες ἔφημεν) καὶ τοῦ πονηροῦ πάντα τὰ μηχανήματα, σαθρὰ καὶ ἄπρακτα διελέγχουσα, μᾶλλον δὲ κατ' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ μηχανουργοῦντος ἐπαναστρέφουσα, καὶ τῶν αἱρετιζόντων ῥᾳδίως ἀποσκευαζομένη τὸ βλάσφημον, καὶ καταισχύνουσα τὸ ἀναίσχυντον, κατὰ πάντων ἄμαχον τὸ κράτος καὶ ἀήττητον ἀναδέχεται, καὶ καλοῖς καὶ σωσικόσμοις διαπαντὸς θριάμβοις ἐγκαλλωπίζεται.

In quantum igitur magnitudine, potentia, pulchritudine, accuratione, puritate, & omnimoda alia perfectione Christianorum fides & religio Paganorum superat & transscendit pietatem, in tantum Malus ille bellum contra illam furiosius concitatum gerit; in tantum etiam stolidorum & insipientium hominum delicta, ad id quod rectum est adposita, discernuntur; nec fieri potest ut vel tantillo temporis spatio obvelentur, aut modum clam & secreto ingrediendi sortiantur. Verùm, quod in antedictis positum est a nobis, Catholica & Apostolica Dei Ecclesia omnia Diaboli machinamenta nulli usui nec actioni esse & inservire declarat, quin & in ipsum machinatorem eadem convertit; ita hæreticorum blasphemias facilè refutat, impudentiam pudore afficit, contra omnes & omnia potestatem inexsuperabilem & invictam habens, triumphis in salutem mundi ductis, gloriosissimè exaltatur.

κδʹ. Σὺ τοίνυν (ὦ τί σε προσειπὼν ἀξίως εἴπω τοῦ πόθου;) τῇ αἴγλῃ τοῦ θείου πνεύματος τὴν ψυχὴν αὐγασθεὶς, καὶ πρὸς τὸ τῆς εὐσεβείας φέγγος ἀναχθεὶς, καὶ

Tu ideò (ô quo te nomine designem, ut meum explicem in te animi affectum & desiderium?) Divini Spiritus splendore mentem habens irradiatam, & ad lucem sublatus

rectæ

Sæc. IX. Anno 869.

τῆς πρώτης, μετά γε Θεὸν, ἀξιώσει. Αἱμάτων δὲ ἐμφυλίων καὶ φόνων οὐ μόνον τὰς χεῖρας καθαρὰς φυλάξει, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶσσαν καὶ τοὺς λογισμοὺς μελέτης τοιαύτης· Οὐ μὴν οὐδὲ κλέψειεν οὗτος· οὐδεὶς γὰρ ὃν ὡς ἑαυτὸν φιλεῖ καὶ φυλάττει, τούτου κλέπτης ἐφωράθη· Ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀλλοτρίους γάμους διορύξει· Οὐδ᾽ ὅρκον ἐπίορκον ὀμόσει, οὐ μὴν οὐδὲ μαρτυρίαν ψευδῆ κατὰ τοῦ πλησίον μαρτυρήσει· Καὶ ὅλως, οὐ χειρῶν ἀδίκων ἄρξει, τύπτειν ἢ προπηλακίζειν ἐπιχειρῶν, (y) ἢ τύραννος ἐραστὴς τῶν, ὅσα τῷ πλησίον ὑπάρχει, γινόμενος. ὁ γάρ τι τούτων κατατολμῶν, αὐτόθεν λυμαίνεται ἄμφω, καὶ τὸν ἔρωτα τὸν θεῖον καὶ δεσποτικὸν, καὶ τοῦ ὁμοφυοῦς τὴν στοργήν. τῷ μὲν ἐπιβουλεύων καὶ περιβάλλων κακοῖς, τὸν δὲ παραφαῦλον ποιούμενος καὶ ὑπερορῶν. ἐξ ὧν εἰς οἵας ἀπαραιτήτους καὶ πικρὰς τιμωρίας ἐμβάλλει ἑαυτὸν πᾶσίν ἐστι φανερόν. Εἰ γὰρ ὁ τῶν ἀνθρωπίνων προσταγμάτων καὶ τῆς ἐπιστατούσης ἀρχῆς ὑπερόπτης οὐ διαφεύγει τὴν δίκην, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν πολλάκις τὸν κίνδυνον ἔχει, ὁ τὸν δεσπότην τῶν ὅλων καὶ βασιλέα καὶ δημιουργὸν διὰ τῆς εἰς τὸν ὁμόδουλον παροινίας καὶ ἐπιβουλῆς ἀτιμάζων καὶ ἐξουθενῶν, καὶ τοὺς αὐτοῦ νόμους διαπαίζων, καὶ χλεύην δεικνὺς, ἡλίκην τινὰ τὴν τιμωρίαν δώσει; διὸ προσήκει παντὶ τρόπῳ καὶ πάσῃ σπουδῇ, μετὰ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν θρησκείας, καὶ ταύτας διαφυλάττειν τὰς ἐντολάς. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι, χωρὶς αὐτῶν, οὔτε τῆς τῶν πιστῶν καὶ φιλοθέων μερίδος γενέσθαι, οὔτε τῆς τῶν οὐρανῶν ἀξιωθῆναι βασιλείας.

prosequetur; A sanguine porrò & cædibus consanguineorum puras sibi manus conservabit, sed & linguam porrò & cogitationes ab ejusmodi omni dispositione mundas: Adhuc, nec furabitur qui talis est, neque enim unquam illum spoliasse invenitur aliquis quem diligit, cui custos apponitur; Sed nec alienum irrumpet thalamum; Nec falsum jurabit juramentum, nullum dicet falsum testimonium contra vicinum suum, neque dabit initium injuriarum; Non pugnis cædere, non conspurcare maledictis aggredietur; Non tyrannicè concupiscet ea quæ pertinent ad vicinum suum. Qui enim quid istiusmodi attentaverit, uno actu utrumque violat, Amorem nempe in Deum & Dominum, & erga cognatum sibi Affectum: hunc enim adoritur ex insidiis, & malis circumscribit; illum vero despectum & contemtum habet. Patet autem omnibus, quibus se pœnis, quàm gravibus subjicit & ineluctabilibus. Si enim qui mandata transgreditur humana, & imperium despicit sibi præsidentis, condemnationem non effugiet, sed & capite quandoque peccatum luit; is profectò qui per vim oblatam & insidias structas in conservum suum, omnium rerum Dominum, Regem & Opificem inhonorat & nihili facit, verùm leges ab eo latas ludibrio habet & lubentiæ exponit, qualem, par est, ut subeat pœnam? Oportet igitur omni modo, omni curâ & diligentiâ, hæc mandata unà cum inculpata pietate & sincera religione conservare. Neque enim aliter partem habere possimus cum fidelibus & Deo charis, nec regni cœlorum digni judicabimur.

κη'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀνθρώπῳ παντὶ πάσῃ δυνάμει παραφυλακτέον, ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ, νέῳ καὶ πρεσβύτῃ, πλουσίῳ καὶ πένητι. κοινὴ γὰρ ἡ φύσις, καὶ κοινὰ τὰ προστάγματα, καὶ κοινῆς τῆς παραφυλακῆς καὶ ἐπιμελείας δεόμενα. Ἃ δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων ὁρᾷ παιδαγωγίαν, καὶ τῇ σῇ φυλάττειν ἐπιτηδειότερα ἐξουσίᾳ, καὶ ἐξ ὧν ἔσται σοι καὶ περὶ τῶν ἄλλων πλείστη ἐμπειρία, ἐκεῖνά σοι νῦν εἰρήσεται. καὶ γὰρ πολλῆς τῷ ἄρχοντι δεῖ καλοκαγαθίας, τῆς τε ἄλλης, καὶ τῆς ἐν ἤθεσιν εὐκοσμίας. δι᾽ ὃ καὶ φασὶν, Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει. καὶ, Ὅτι ὥσπερ ὁ χρυσὸς ἐν ταῖς λιθίναις ἀκόναις δοκιμάζεται, οὕτως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐν ταῖς ἀρχικαῖς ἐργασίαις καὶ ταῖς τῶν ἀρχομένων διανοίαις ἐξετάζεται.

Enimverò cuilibet mortalium hoc incumbit, ut omnem exhibeat suam & quidem extremam potentiam in his conservandis. Spectat hoc ad Principem æquè ac ad subditos, juvenes & ætate provectiores, divites & pauperes: Nam communis est natura omnibus, communia hæc mandata dantur, communi curâ & solicitudine custodienda. At quæ spectant ante alia ad informandos principes, quæ magis par est ut tua observet potestas, unde tibi major accrescet experientia, illa tibi in procinctu sum suggesturus. Principem enim oportet multiplici præditum esse probitate, cum aliâ tum imprimis illâ quæ morum spectat pulcritudinem, unde illud adagium dicitur, Magistratus virum indicat. &, Quemadmodum aurum probat acies lapidea, ita & humanā mentem actiones cùm imperiales, tum subditorum dispositiones discernunt.

κθ'. Σὺ δέ μοι μάλιστα πρόσεχε, ἵνα μὴ μόνον ἀκροατὴς ἀλλὰ καὶ ποιητὴς γένῃ καλῶν καὶ ἀξιαγάστων πράξεων. ἀρχὴ

At tu mihi sedulus auditor adsis, nec auditor tantum sed & operator actionum bonarum & admiratione dignarum. Principium

(y) Ἢ τύραννος.] Aut delendum ἢ, aut legendum τυραννῶν, & non τύραννος: ubique τύραννος ἐραστὴς, non sunt ἀσυνδέτως copulandi.

SÆC. IX. ANNO 869.

cipes autem natura mala prædicti esse existimabuntur, nec remanebit alia ipsis excusatio.

Vehementiori cum asseveratione noli aliquid polliceri. Si enim steteris promissis, plurimum decessit de gratitudine per illam vehementem pollicitationem tuam; nam dispertitam ab initio atque ita deminutam illam gratiam reddidisti: Quod si non steteris, dupliciter inde verecundaberis: eo nimirum nomine quod tam attestanter promiseris, & eo quod nihil præstiteris eorum quæ pollicebare: atque ita pro amico videberis inimicus, eò quod de spe dejectos eluseris. Alioqui certum est promissa tam violenta & asseverantia illos decere quibus fides haud bene adhibetur; & certè non tam indigentiam quam curam & patrocinium susceptum redarguunt, & eo nomine referendas gratias.

Gratia dignus est qui naturam gratiæ & nomen veneratur, quique omnem cogitationem suam contendit conferre ut remuneret: Beneficio autem veluti indignus est, qui bene merentem ingratiis remunerat; ita & dignus est cui excellenter beneficiat, qui bene illis fecerit a quibus retributionem non exspectaverit.

Ne quidem amicis contra æquum aliquid elargitor. Nam si homines bene morati sint, odio te habebunt potius quod leges violaveris, quam ob beneficium collatum exosculabuntur: Si vero mali sunt, duplici dispendio afficieris: Nam & improbis benefecisti, & odium apud probos incurristi. Sed utcunque his carueris, gaudio privato & temporali æternum opprobrium permutasti. quod stultum plane esset.

Gratiæ per procrastinationes, temporum extensiones, velut ad senectutem quandam devergentes, propria deflorescunt pulchritudine: excusso etenim promptitudinis flore, qui cum adesset splendidam quandam & immensam pulchritudinem repræsentabat, nullo modo ne ad horam possunt oblectare.

Gratiæ dimidiatæ nequaquam gratiæ sunt: erunt autem, consummatæ ubi fuerint. Qui per partes tantummodo gratiam facit, ipsummet se damno afficit, nec accipienti gratiam facit: nam plus ille de eo quod desideratur dolebit, quam lætabitur de accepta dimidiata portione.

Qui gratiam alicui factam exprobrat, similis est colono qui libenter seminat, sed porcos & feras in sementem immittit: Perdit ille semen, & fructum è semine; perdit iste ea quæ contulit, & gratitudinem sibi ex iis efflorescentem.

Si ab initio beneficio affeceris, quos deinceps neglectu habes, noli putare eos sic

κατὰ φυγὴν μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ μοχθηροὺς τὰς γνώμας ἐλεγχθῆναι.

Τὰς μετὰ σφοδρότητος ὑποσχέσεις εὐλαβεῖσθαι χρή. Εἴτε γὰρ παράσχοις, τὴν πλείστην περιαφεῖλες χάριν τῇ σφοδρότητι τῆς ἐπαγγελίας, ταύτην προκαταμερίσας καὶ εἰς δύο τὴν μίαν δωρεὰν καταμικρύνας· Εἴτε μὴ παράσχοις, διπλῆν ἀπήνεγκας τὴν αἰσχύνην, ὅτι τε σφοδρῶς ὑπέσχου, καὶ ὅτι μηδὲν ὧν ὑπέσχου παρέσχες· καὶ δυσμενὴς ὤφθης ἀντὶ φίλου, ἀφεῖλες γὰρ ὃ παρέσχον αἱ ἐλπίδες. ἄλλως τε δὲ καὶ αἱ σφοδραὶ ὑποσχέσεις ἁρμόζουσι τοῖς οὐ λίαν πιστευομένοις· ἐλέγχουσι δὲ καὶ ὡς οὐ κηδεμονίας μᾶλλον ἢ χρείας, ὑποτεινόμεναι χάριν. πα'.

Ἄξιος χαρίτων ὁ εὐλαβούμενος αὐτῆς καὶ τὴν φύσιν καὶ προσηγορίαν, καὶ μὴ παυόμενος μελετᾶν ἕως ἂν (αὐτὴν) ἀνταποδώσῃ. Ὥσπερ δὲ ἀνάξιος χαρίτων, ὁ ἀχαριστίᾳ γνώμης ἀμείβων τὸν εὐεργέτην, οὕτως ἄξιος τοῦ τῆς εὐεργεσίας ἀξιώματος, ὁ χαριζόμενος ἐφ' ᾧ μὴ ἀνταπολαβεῖν τὴν χάριν. πβ'.

Μηδὲν παράνομον μηδὲ φίλοις χαρίζου. ἂν μὲν γὰρ ἐπιεικεῖς ὦσι, μισήσουσι μᾶλλον παρανομοῦντα, ἢ φιλήσουσι χαριζόμενον· ἂν δὲ φαῦλοι, διπλῆν ζημίαν ὑπέμεινες, κακοὺς εὐεργετῶν, καὶ ἀγαθοῖς ἀπεχθανόμενος. καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τέρψει προσκαίρῳ καὶ ἰδιωτικῇ ἀΐδιον ὄνειδος ἀλλάξασθαι καὶ κοινὸν, μεγάλης ἀνοίας. πγ'.

Αἱ χάριτες ταῖς ἀναβολαῖς καὶ παρατάσεσι τοῦ χρόνου, ὥσπερ εἰς γῆρας ἐλθοῦσαι, τὸ οἰκεῖον μαραίνονται κάλλος· τὸ γὰρ ἄνθος ἀποβαλοῦσαι τῆς προθυμίας, μεθ' ἧς ἀμήχανόν τινα καὶ λαμπρὰν ἐποιοῦντο τὴν τέρψιν, οὐ * καθαρὰν φέρουσι τὴν εὐφροσύνην. πδ'.

* ἴσ. καθαρὰν, vel, καθ' ὥραν.

Αἱ χάριτες ἡμιτελεῖς οὖσαι, οὐκ ἐθέλουσι χάριτες εἶναι· ἔσονται δὲ, ἐπειδὰν τετελειωμέναι ὦσιν· ὁ δὲ ταύτας ἐξ ἡμισείας κατατιθεὶς, ἑαυτὸν ἐζημίωσε, καὶ τὸν λαβόντα οὐκ εὔφρανεν· ὁ γὰρ ἡμίτομον τὴν χάριν ἀπειληφὼς, οὐχ οὕτω τῷ ἡμισεῖ εὐφρανθήσεται, ὡς ὑπὲρ τοῦ ἀφαιρέματος ἀνιάσεται. πε'.

Ὁ τὰς χάριτας ὀνειδίζων, ὅμοιός ἐστι τῷ γεωργῷ, σπείροντι μὲν προθύμως, ἐπαφέντι δὲ χοίρους καὶ θηρία τῷ σπόρῳ. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ λυμαίνεται καρπὸν, οὕτω καὶ οὗτος καὶ τὰ καταβληθέντα καὶ τὴν βλαστάνουσαν αὐτῷ προσαπόλλυσιν εὐχαριστίαν. πς'.

Μηδὲ κατὰ πρώτας εὐεργετῶν, ἔπειτα δὲ ἀμελῶν, νόμιζε τὴν ἐξ ἀρχῆς σοι εὔνοιαν

Sæc. IX. Anno 869.

suppliciis afficito. Utcunque enim tulerit ille qui punitur, tu nihilominus vituperium incurres, quod improvide negotium illud obiveris. Quocirca perbelle dictum ab antiquorum aliquo fuit erga delinquentem, *Certe te punirem, si non irascerer.*

μετὰ κολάσεως. ὡς γὰρ ἂν ὁ πάσχων τὴν δίκην ὑφέξῃ, αὐτὸς ὅμως οὐδὲν ἔλαττον ἐξελεγχθήσῃ σφαλερῶς τῇ πράξει κεχρημένος· διὸ καὶ κάλλιστά τις τῶν ἀρχαίων ἀπεφθέγξατο πρὸς ἡμαρτηκότα, Ἐκόλασα ἄν σε, εἰ μὴ ἐθυμούμην.

Cæca quædam passio furor est, nec discernere potest utile ab inutili. Irato nihil proderit admonitio: Postquam vero deferbuit ira, adhibeatur medicina per correctionem, ita ut comitate condiatur. Nam nisi melle illita pocula medicantia ægris exhibere paulo amariora non solent medici; ita nec insipientium animæ redargutiones admittunt meraciores.

να'. Τυφλόν ἐστι πάθος ὁ θυμὸς, καὶ κρίνειν οὐκ ἔχων ἀπὸ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον. διὸ οὐδεμία ὄνησις, παραίνεσις ὀργιζομένῳ. πεπαυμένῳ δὲ, τὴν διὰ τῶν ἐλέγχων θεραπείαν προσενεκτέον κεράσαντι ἐπιεικείᾳ. οὔτε γὰρ τὰ δριμύτερα τῶν φαρμάκων ἄνευ μέλιτος τοῖς κάμνουσι προσάγειν ἐγνώκασιν οἱ ἰατροί· οὔτε τοὺς ἀκράτους ἐλέγχους ἡ τῶν ἀπαιδεύτων δέχεται ψυχή.

Quemadmodum celeritatem adhibere par est in remunerandis iis qui digni sunt, ita tardum esse decet in delictorum pœnis infligendis. Gaudentem oportet bonos honorare, condolentem vero supplicio afficere obnoxios.

νβ'. Ὥσπερ ταχὺν ἐν ταῖς τῶν ἀξίων εὐεργεσίαις εἶναι προσήκει, οὕτω βραδὺν ἐν ταῖς τῶν αἰτίων τιμωρίαις, καὶ χαίρειν μὲν *τιμῶντα τοὺς σπουδαίους, ἀνιᾶσθαι δὲ κολάζοντα τοὺς ὑπευθύνους.

*Leg. τιμῶντα.

Illi qui tibi fidem adhibet diffidere noli. Si enim credentibus infidi erimus, qualesnam aliis videbimur esse, aut cum quibusnam suaviter & sine metu versabimur?

νγ'. Μηδενὶ μηδέποτε πιστεύσαντί σοι ἄπιστος ὀφθείης. ἂν γὰρ ἄπιστοι γινώμεθα τοῖς πεπιστευκόσι, τίνες τοῖς ἄλλοις δόξομεν; καὶ μετὰ τίνων δὲ λοιπὸν ἀδεῶς καὶ ἡδέως βιωσόμεθα;

Esse & opinione usurpari non coincidunt. Quocirca apud quos opinionem sui obtinere videris, exulare ibidem actionem reputa & essentiam realem abesse.

νδ'. Οὐκ ἐθέλει τὸ εἶναι μετὰ τοῦ οἴεσθαι συνεῖναι. δι' ὃ ἐν οἷς ἂν τὴν οἴησιν ὁρᾷς, τὴν πρᾶξιν ὑστεροῦσαν νόμιζε, καὶ διαπεφευγέναι τὸ εἶναι.

Turpe est illum qui viris imperat succumbere mulieribus, & voluptatibus subditum inveniri. In illa fœmina tantummodo non delinquit aliquis, quam vitæ, secundum leges, adjutricem sortitur. Cœlibatus quidem divina quædam res est, naturam superans, majus quiddam virtute politica & recta legum observantia. Univiratus humanæ naturæ opus est, cum ad successionem generis continuandam, tum ad societatem civilis & humanæ vitæ, & conversationis recte institutæ. Polygamia res turpissima & detestabilis, quæ belluarum convenit & impuritati & lasciviæ.

νε'. Αἰσχρόν ἐστιν ἀνδρῶν ἄρχοντα καὶ δεσπόζοντα, γυναικῶν ἡττηθῆναι, καὶ δοῦλον ἡδονῶν ὀφθῆναι. ἣν δέ τις νόμῳ βοηθὸν ἐκτήσατο βίου, ταύτῃ συνοικῶν οὐχ ἁμαρτάνει. Ἀγαμία μὲν θεῖον πρᾶγμα, καὶ ὑπερφυὲς, καὶ μεῖζον πολιτικῆς ἀρετῆς καὶ εὐνομίας. μονογαμία δὲ, φύσεως ἀνθρωπίνης ἔργον, εἴς τε γένους διαδοχὴν, καὶ εἰς κοινωνίαν ἡμέρου καὶ φιλανθρώπου βίου, καὶ πολιτείας εὐνομουμένης. (f) πολυγαμία δὲ, ὑπέραισχρον καὶ μιαρὸν, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας.

Alexander Macedo dominatum Asiæ bello acquirens, Persicas mulieres oculorum jacula dicebat esse: vir autem vere temperans & Divinorum mandatorum sedulus observator non modo Persicarum sed & omnium omnino fœminarum intuitum, tanquam læteferum animæ telum & nimis velox, fugiet & aversabitur. Vocis qui-

νϛ'. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, Ἀσίας κύριος δόρατι γεγονὼς, τὰς Περσίδας ἔλεγε βολίδας ὀμμάτων εἶναι· ὁ δὲ σώφρων ὡς ἀληθῶς ἀνὴρ, καὶ (g) δεσποτικῶν φύλαξ ἐντολῶν, οὐ τὰς Περσίδας μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης γυναικὸς ὄψιν, ὡς ὀξὺ ψυχῆς βέλος καὶ θανατηφόρον, φεύξεται καὶ ἀποστραφήσεται. Ἦχος μὲν

(f) Πολυγαμία.] Retinui vocem, quia est ambigua. Sed hoc in loco putem, non significare pluribus simul uxoribus uti, ut Jacob, David, Herodes, alii olim utebantur, sed ad tertias quartasve nuptias progredi. Rem mali ominis & nominis in Ecclesia; sed, proh pudor, ab iis usurpatam, qui καθαρότητα affectant hodie.

(g) Δεσποτικῶν ἐντολῶν.] Intelligit illud Domini de intuitu mulieris ad illam concupiscendam, quod alibi in epistolis explicat. Ἐκ γὰρ τοῦ ὁρᾶν, γίνεται τὸ ἐρᾶν, *Ut vidi, ut perii! ut me malus abstulit error!* hîc oculi dicuntur δᾳδοῦχοι ἔρωτος, *amoris lampadiferi.* Hinc illud Philemonis, Ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα ἐνέπεσαν. οὕτω γίνεται ἐκ τούτων ἔρως.

Sæc. IX. Anno 869.

μὲν φωνῆς ἔπληξεν ἀκοὴν, καὶ δι' αὐτῆς ἐνετυπώθη τὸ πάθος τῇ ψυχῇ· κάλλος δὲ σωμάτων εἵλκυσεν ὀφθαλμὸν, καὶ δι' αὐτοῦ δέσμιον λαβὼν, κατεδουλώσατο τὸν αὐτοδέσποτον λογισμόν.

dem sonus aures feriit, & per aures passio animæ insculpitur: Attrahit oculum corporis pulchritudo, & per eum modum captivum vinculis constrictum tenens rationem, sui prius juris & imperii, in servitutem simul redegit.

Sæc. IX. Anno 869.

ϟζʹ. Ὥσπερ ἀδύνατον ἐν θαλάσσῃ πλέοντα, ταραχῆς καὶ ζάλης ἀπείρατον διαμεῖναι, οὕτως ἀμήχανον τὸν κάλλη σωμάτων ἐπισκοποῦντα καὶ περιεργαζόμενον, τῶν ἐκεῖθεν κυμάτων καὶ κινδύνων ἐκτὸς καθεστάναι. δι' ὃ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἐκτρέπεσθαι χρὴ τῶν παθημάτων. τοῦτο γὰρ καὶ συμφέρον, καὶ οὐ χαλεπόν. Ἐπειδὰν δὲ τοῖς λογισμοῖς τὸ κακὸν ἐνσκήψῃ, καὶ τὸ εἴδωλον αὐτοῖς τῆς ἐπιθυμίας ἐντυπώσῃ, δυσαπόβλητον γίνεται τὸ πάθος, καὶ χαλεπὸν ἀπαλλαγῆναι.

Quemadmodum impossibile est ut is qui mare navigat sit sine tempestate & turbato salo, ita fieri nequit ut is extra pericula & fluctus consistat qui corporalem sectatur paulo curiosius pulchritudinem. Oportet igitur initia passionum & causas declinare: quod & utilitatem afferet, neque sane difficulter præstabitur. Cum vero semel rationalem partem hoc malum invaserit, ita ut imaginem desideratæ rei eidem impresserit, difficulter hæc passio abjicitur, & vix est ut ab illa se expediat aliquis.

ϟηʹ. Τινὲς τοὺς ἐρῶντας ἔφησαν ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὴν ψυχὴν τὴν ἰδίαν ἔχειν· εὐλογώτερον δ' οἶμαι λέγειν, αὐτοὺς ἐν ἀλλοτρίοις σώμασι τὸν νοῦν τῇ ψυχῇ συναπολωλέναι.

Sunt qui amatores pronunciant, in alienis corporibus suas animas habere: conjunctius opinor cum ratione dicitur, eos in corporibus alienis & mentem & animam perdidisse.

ϟθʹ. Μέθην καὶ τρυφὴν τῶν ἀρχόντων, ναυάγιον νόμιζε τῶν ἀρχομένων. Ὅτε γὰρ ὁ κυβερνήτης καταποντίζεται τῇ πλησμονῇ καὶ τῷ οἴνῳ, πῶς οὐχὶ μυρίοις κύμασι καὶ κλυδῶσιν ἐσχάτοις ἡ κυβερνωμένη προσαρράξει πολιτεία, καὶ τῇ τοῦ κυβερνήτου συγκαταποθήσεται ἀπωλείᾳ;

Ebrietatem principum atque luxum naufragium esse existima subditorum. Quando enim vino atque crapula gubernator, tanquam mari, demergitur, necesse est ut Respublica ejus gubernationi credita, sexcentis fluctibus & alluvionibus allisa agitetur, imo & una cum gubernatore demerso, pari quoque interitu male pereat.

ρʹ. Μηδένα μηδέποτε ἀνθρώπων, μηδὲ τῶν τυχόντων, εἰς ἀπόγνωσιν συνελάσῃς. Ἰσχυρὸν γὰρ καὶ ἄμαχον ἀπόγνωσις ὅπλον. καὶ πολλάκις ἀνάγκη στρατηγήσασα, πράξεων παραβόλων ἀνελπίστους μεταβολὰς ἐξειργάσατο, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι, μύθους νομιζομένας.

Neminem mortalium, ne quidem obscurissimorum, ad desperationem adigas. Est enim desperatio robustum quoddam & inevitabile telum. Quin sæpe accidit, ut progressa in aciem necessitas, rerum præter exspectationem mutationes una induxerit inexspectatas, quas loco fabularum habere volueris, antequam actu compleantur.

ραʹ. Ἄριστον μὲν ἀνθρώπῳ μὴ διαμαρτεῖν, μηδὲ τῆς ὀρθῆς κρίσεως ἀποσφαλῆναι. συνετοῦ δὲ, καὶ πεσόντα θᾶττον ἀναστῆναι, καὶ χρῆσθαι τῷ πταίσματι, πρὸς τὸ μὴ πάλιν πεσεῖν παραγγέλματι.

Optimum est, ut homo nec omnino aberraret, nec a sani judicii norma excederet; sed prudentis est, quantocius ut collapsus resurgat, & lapsum sic suum instituat ne deinceps labatur.

ρβʹ. Τὰ περὶ τοὺς πόνους ἑκούσιον, τῶν ἀκουσίων ἀφαιρεῖται τὸ ἀφόρητον καὶ χαλεπόν· δι' ὃ χρήσιμος ἡ ἐν τοῖς ἀκουσίοις τριβὴ καὶ μελέτη.

Voluntas in laboribus suscipiendis promta, involuntariorum illud durum telum & intolerandum frangit. Optimum est igitur de voluntariis meditari, & in iisdem inhærere.

ργʹ. Ἀρχικῆς ἀρετῆς καὶ τελείας, μὴ μόνον τὸ πλῆθος αἰσχύνεσθαι, πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν· ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν πρὸ τοῦ πλήθους.

Ad virtutem & perfectionem Principis spectat, tum turbam promiscuam, tum imprimis seipsum pudore a peccatis abstinere.

ρδʹ. Ἡ διὰ λόγων ὕβρις τοῖς ἐλευθέροις, οὐ πολὺ παραλλάσσει τῆς διὰ πληγῶν καὶ μαστίγων. χρὴ οὖν παραφυλάττεσθαι τὸ προπετὲς τὸ ἐν τούτοις. οὐ μέγα γὰρ δοκοῦν, μεγάλας φέρει ζημίας.

Contumelia verbis ingesta apud homines liberos parum differt a plagis acceptis & verberibus. Cavendum est ergo ne proclivis feraris ad convitiandum, siquidem, id quod haud creditur magnum, magna damna procurat.

ρεʹ. Πολλοὺς ἔβλαψεν εὐτραπελία· ἀπὸ γὰρ γνώμης διεκπεσοῦσα παιζούσης, καιρία πληγὴ γέγονε τοῖς διαπαιχθεῖσι· καὶ βραχεῖα τέρψις τῶν ἐπιτυχόντων, με-

Multos urbanitas læsit: ab animo siquidem ludenti profecta, aliquando vulnus lethale illusis infligit: quæ per admodum brevem oblectationem cuicunque ob[illegible] im-

Sæc. IX. Anno 869.

impensam, inimicitias etiam graves inter prudentes excitavit. Hanc ideo quisque prudens evitabit, princeps imprimis; cum res sit, quæ contemptum potius parit, quam gratiam vel acceptationem aliquam.

Beneficiis subditos circumvallato, tanquam nervos imperii, & tua ipsius membra. Nam si illa discerpantur, periculum tibi interitus incumbet, & imperii ruinæ.

Seditiones, conspirationesque quas facile non licet exstinguere, conduceret per dissimulationem & prætensam ignorantiam oblivioni tradere, quam publico quasi triumpho propalare. Ita enim fieri solet, ut flamma magis ex eo accendatur, & pericula non levia creentur; quin & non nisi male mulctatus salutem sibi quis comparaverit. E contrario vero, moderatione sopitur malum, & præterquam quod sine periculo sit, misericordiæ, prudentiæ, utilitatisque rationem subit.

Principem oportet, cum statu secundo res ipsi succedant & in tuto sitæ esse videantur, non secus tamen quam in tempestate procurare, & salutis habendæ rationem gerere; conturbatis autem rebus, & in se collisis, omni consilio & cogitatione incumbere, ut in statum redigantur, & bene stabiliantur. Nam quæ ita comparata sunt, ut in partem utramlibet ferantur, ipsa experientia docente, desperari non debent. Sed interdum factum fuit, ut secura negligentia, quamvis tantilla, principatus magnos & excellentes pessundederit, quos ita deturbatos diligens cum recto consilio industria, in magnitudinem eximiam reductos, restauravit.

Prudentes & moribus compositi viri rebus prosperis non inflantur, sed moderata quadam de se opinione felicitatis suæ mensuram exornant, qua & invidorum quique malevolentiam asperatam lenire solent Quod si cespitaverint, fortiter illud ferunt, in argumentum virtutis suæ, id, quod contigit, trahentes, cujus potestate mentem sibi suam roborant, & desperationem omnem ab animo procul amoliuntur. Intelligunt enim esse res humanas omnes versatiles, instabiles, & minime firmas: levitatis porro & insipientiæ esse, imo & pusillanimitatis, rebus secundis attolli & inflari, adversis autem valde dejici, & mœrore turpiter macerari.

Prudentibus convenit adversa prævidere, eademque per consilium sanum opportune semovere. Nec minus convenit, quæcunque acciderint, optime composita ferre, & in rem suam vertere.

Novi ego confertim incurrentes rerum

γάλας ἔτεκεν ἔχθρας τῶν σπουδαίων. τῷ παντὶ μὲν ἔμφρονι παραφυλακτέον, ἄρχοντι δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων· ὅτι καὶ χυδαῖον, καὶ καταφρονεῖσθαι μᾶλλον, ἢ χαριεντίζεσθαι, παρασκευάζει.

Εὐεργετῶν τὸ ὑπήκοον περιφρούρει, ὡς τῆς ἀρχῆς νεῦρα καὶ οἰκεῖα μέλη. ἐκείνων γὰρ διασπασθέντων, κίνδυνος καὶ τὴν σὴν συγκαταλύεσθαι ἐξουσίαν. ρς'.

Τὰς * μελετωμένας στάσεις, ὅσαι μὴ σβέσαι ῥᾷον, ἄμεινον ἀγνοίας ὑποκρίσει δοῦναι, καὶ λήθῃ καλύψαι, ἢ θριαμβεύσαντα ἐπεξιέναι· τὸ μὲν γὰρ ἔσθ' ὅτε καὶ πλέον ἀνῆψε τὴν φλόγα, καὶ χαλεποὺς ἤνεγκε κινδύνους, καὶ πολλῇ καὶ τὸν διασωθέντα περιέβαλε ζημίᾳ, τὸ δὲ, πρᾴως κοιμίζειν, καὶ μετὰ τοῦ ἀκινδύνου, τὸ φιλάνθρωπον καὶ σύνετον καὶ ἀζήμιον περιέχει. ρζ'.

* l. μεμελετημένας

Δεῖ τὸν ἄρχοντα, φερομένων μὲν αὐτῷ κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων καὶ εὐσυνεστώτων, ὡς σαλευομένων ἀσφαλίζεσθαι καὶ ἐπιμελεῖσθαι. ἀνατρεπομένων δὲ, καὶ συῤῥηγνυμένων, ὡς ἂν ἐπαναχθεῖησαν καὶ ἑδρασθεῖεν, βουλεύεσθαι καὶ φροντίζειν· οὐδέτερον γὰρ τῶν ἐπὶ τἀναντία φερόντων ἡ πεῖρα δείκνυσιν ἀνέλπιστον. ἀλλὰ πολλάκις μικρὰ ῥᾳστώνη μεγάλας ἀρχὰς καὶ ὑπερόγκους κατήνεγκεν, καὶ πάλιν σπουδὴ σὺν εὐβουλίᾳ, εἰς μέγα δυνάμεως ὕψος τοὺς κατενεχθέντας ἐπανήγαγεν. ρη'.

Οἱ ἔμφρονες καὶ εὐσταθεῖς τῶν ἀνθρώπων, κατορθοῦντες μὲν, οὐ φυσιοῦνται, ἀλλὰ μετρίῳ φρονήματι τῆς εὐπραγίας κοσμοῦσι τὸν ὄγκον, καὶ τῶν φθονούντων διαπραΰνουσι τὸ φλεγμαῖνον. περιπταίοντες δὲ, φέρουσι γενναίως, καὶ τὸ συνεχθὲν, ἀρετῆς ὑπόθεσιν ποιούμενοι. τῷ κράτει ταύτης δυναμοῦσι τὴν γνώμην, καὶ τὸ ἀθυμοῦν ἐξορίζουσι τῆς διανοίας. Ἴσασι γὰρ τὸ ἐφ' ἑκάτερα τρεπτὸν, καὶ ἄστατον, καὶ ἀβέβαιον τῶν ἀνθρωπίνων· ἀφροσύνης δὲ καὶ κουφότητος καὶ ἀπειροκαλίας, τότε ἐν ταῖς εὐπραγίαις ἐπαίρεσθαι καὶ τὸ ἐν ταῖς δυσπραγίαις σφόδρα καταπίπτειν καὶ ἐνασχημονεῖν τῇ ἀθυμίᾳ. ρθ'.

Ἀνδρῶν μὲν συνετῶν προνοῆσαι τὰ δυσχερῆ, καὶ ἀπώσασθαι δι' εὐβουλίας· οὐκ * ἐλαττόνων δὲ, καὶ τὰ συμβεβηκότα καλῶς διαθέσθαι, καὶ οἰκονομῆσαι. ρι'.

* ἐλαττ.

(b) Οἶδα πράξεις ἀθρόον ἐπιστάσας καὶ ρια'.

(b) Confusa est hæc & hians, ut alias quoque oratio, per totam hanc sectionem. Hoc autem vult, se scire ubi πράξεις ἀθρόαι incubuere eos qui inexspectato terrefacti sunt, non tantum quibus incubuerant, sed & etiam spectatores, cùm quiete ferrent, excussisse onus. Illa porro, ἀλλὰ δὲ τιναντίων vel corrupta sunt, vel certè σολοικὰ, ut ἴκαρος & πᾶς ἀνήρ. Mihi sine libris melioribus hæc sunt conclamata: sensum & ἐνθυμίαν extundat qui potest.

Sæc. XI. Anno 869. prævalentiorem & tutiorem subditorum benevolentiam arbitrare. Hæc si adfuerit, & agmen duxerit, illa erunt utilia: Ista autem sublata, præstaret & illa quoque una tolli. Nam multo citius contra Principem invisum, quam contra hostes movebuntur.

Plurifariam consilium hastis cedit, sæpe numero etiam & rationis vis belli procinctus, exercitusque hostiles magnos elusit: sint ergo manus cum consilio junctæ, duplex tropæum. Laborem spes roborat, & spem labores progignunt. Tu autem rite Deum veneratus, noli aliquid omittere quod agendum est; ita spem tibi metes & magnam & amplam.

Subvenire cujuslibet necessitatibus, animum regium decet & prudentem, ante alios, iis qui in calamitates inciderunt. Solent enim illi, ad cætera, æternam beneficii collati memoriam conservare.

Subditorum felicitas summam Principis deprædicat cùm prudentiam, tum justiciam.

Deo causam adscribere æquum est eorum quæ prospere gesseris, seu in privata, sive in publica vita. Fiet enim ita ut illum habeas libentiorem auxiliatorem, & ut Deo dilectus videaris: nec redarguere te quisquam possit, vel levitatis vel superbiæ; sed & invidiæ quasvis acies retusas & anfractas reddes.

Hæc è multis pauca, apud Te (ô Tu partus mei spiritualis verum & genuinum genema) amicitiæ & filiationis tanquam a Deo quædam symbola, & virtutis tabulas archetypas depono, ut dum ad illas oculos converteris, & Te ad ipsas conformaveris & composueris, non difficulter intueri possis & animadvertere, qualesnam illæ sunt actiones, quæ in animo tuo facient pulchritudinem efflorescere; quæque itidem eandem, veluti maculæ quædam & sordes, in turpem & deformem effigiem solent alterare. Illas dum eluis, has dum inscribis, imaginem Tute Temet verè vivam & eximiam conversationis secundum Deum ordinatæ exhibebis: quam & ego lubentissimè, & pii etiam omnes, cum & oculis velimus, tum etiam sermone usurpare. Ea propter manus in cœlum extendens, & meum erga Te amorem, labores susceptos, Divinamque exinde resultantem gloriam suppliciter Deo offerens, votis omnibus postulo, ut secundum spes de Te conceptas opere ipso adimplens admonitiones nostras, & fideliter easdem custodias, ita ut per species singulas præclarorum operum illustris & excellens conspiciare: Ut prudentia summa polleas, memoria valeas, fias suavis affatu, moribus suavior, congredientibus amabilis, magis adhuc autem comitibus & amicis: Ut de re præ-

κρατιότερον καὶ ἀσφαλέστερον νόμιζε τὴν εὔνοιαν τῶν ἀρχομένων. ταύτης μὲν γὰρ παρούσης καὶ στρατηγούσης, κἀκεῖνα χρήσιμα, καὶ μεγάλην ῥοπὴν πρὸς πάντα παρέχει. ἀνῃρημένης δὲ τῆς εὐνοίας, ἄμεινον συνανῃρῆσθαι κἀκεῖνα. θᾶττον γὰρ ἐπὶ τὴν μισουμένην ἀρχὴν, ἢ κατὰ τῶν πολεμίων ἐθέλει ταῦτα κινεῖσθαι. Sæc. IX. Anno 869.

Λόγους μὲν ἤλεγξαν δόρατα πολλάκις. ἤμβλυνε δὲ πολλαχοῦ καὶ λόγων ἰσχὺς, ὀξύτατα πολέμους, καὶ μεγάλων ὁρμὴν διέλυσε στρατευμάτων. χεῖρες ἄρα μετὰ λόγου, διπλοῦν τρόπαιον. πόνους ἐλπίδες νευροῦσι, καὶ πόνοι τίκτουσιν ἐλπίδας. σὺ δὲ ἐξιλεούμενος τὸ θεῖον, μηδενὸς ἀμέλει τῶν πρακτέων, καὶ καλὰς καὶ μεγάλας ἐλπίδας θερίσεις. μδ'.

Ἐπικουρεῖν ἐν οἷς ἕκαστος ἔχει χρείαν, ἀρχικῆς καὶ ἐχέφρονος διανοίας· μάλιστα δὲ τοῖς ἐν συμφοραῖς περιπεσοῦσι. μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων, καὶ ἀείμνηστον συντηρεῖν εἰώθασι τὴν εὐεργεσίαν. με'.

Ἡ εὐδαιμονία τῶν ὑπεξουσίων, ἄκραν ἀνακηρύττει σύνεσιν καὶ δικαιοσύνην τῆς ἐξουσίας. μς'.

Περὶ ὧν ἂν εὐπράξῃς, εἴτε ἐν τῷ οἰκείῳ βίῳ, εἴτε ἐν τῷ κοινῷ τῆς πολιτείας, τῷ Θεῷ ἀνατιθέναι δίκαιος τὴν αἰτίαν. οὕτω γὰρ μᾶλλόν τε αὐτὸν ἐπίκουρον ἕξεις, καὶ θεοφιλὴς εἶναι δόξεις, καὶ κοῦφον σεαυτὸν καὶ ἀλαζονικὸν οὐκ ἐλέγξεις, καὶ τοῦ φθόνου δείξεις περιτεθραυσμένας τὰς ἀκίδας. μζ'.

Ταῦτά σοι ἐκ πολλῶν ὀλίγα (ὦ τῶν ἐμῶν πνευματικῶν ὠδίνων εὐγενὲς καὶ γνήσιον γέννημα) τῆς περὶ σὲ φιλίας καὶ υἱοθεσίας, οἱονεί τινα θεῖα συμβόλαια, καὶ ἀρετῆς ἀρχετύπους ἀνατίθημι πίνακας· εἰς οὓς ἀφορῶν, καὶ πρὸς ἐκείνους σεαυτὸν σχηματίζων καὶ διαμορφῶν, οὐ χαλεπῶς ἕξεις συνορᾷν, τίνες τε τῶν πράξεων ἀνθεῖν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ παρασκευάζουσιν ὡραιότητα, καὶ τίνες αὐτὴν, ὥσπερ σπῖλοι καὶ ῥυτίδες, εἰς αἰσχρὰν ὄψιν καὶ ἀσχήμονα μετασκευάζουσιν. ὧν τὰς μὲν ἀπαλείφων, τὰς δὲ ἐγγραφόμενος, ἔμψυχον, ὡς ἀληθῶς, καὶ κάλλικον θεοφιλοῦς πολιτείας σεαυτὸν ἐπιδείξεις ἄγαλμα, καὶ ἥδιστον ἐμοὶ, καὶ πᾶσιν εὐσεβέσι καὶ θέαμα, καὶ διήγημα. Διὸ καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανοὺς ἐξαπλώσας, καὶ τὴν περὶ σὲ στοργὴν καὶ τὸν πόνον, καὶ τὴν εἰς Θεὸν ἀναφερομένην δόξαν, ἀνθ' ἱκετηρίας αὐτῷ προτείνας, ἐπεύχομαί σε, τῶν ἐλπίδων καὶ παραινέσεων ἐργάτην δόκιμον, καὶ πιστὸν φύλακα, γενέσθαι· καὶ εἴης μοι, διὰ ἁπάσης ἰδέας κατορθωμάτων ἐπίσημος καὶ περίβλεπτος· ἄκρος μὲν συνεσιν, μνήμην δ' ἀσφαλής· ἡδὺς ἐν λόγοις, τοὺς τρόπους ἡδύτερος· ἐράσμιος ἐντυχεῖν· τοῖς ἀεὶ συνοῦσιν ἐρασμιώτερος· μη'.

κρά-